

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:


Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

OBSERVATIO COMETE QVARTI.




ARTVS in ordine Cometa anno 1538 mense Ianuario conspectus est, à 17 vsq; in 21 mensis eiusdem post occasum, versus Zenith caudam erigens rectissime. Locus in ecliptica ipsius erat verus, gra. 5 X Latitudo Sept. gra. 17, in iplo pegali collo cõputata. Cauda 30 gradus propè in longitudine complexa est, angustiori tamen latitudine. Mane nemini vilis est ante Solem ascendentem, à quo distabat gra. 32 mi. 30, quam rem præfens imago depingit.



OBSERVATIO COMETAE QVINTI



LTIMVS Cometarum & Quintus numero luxit anno 1539 à Sexto die mensis Maii vsq; in 17 mensis eiusdem quãdo & mihi conspectus est hora noctis decima supra horizontem extans, gradibus 19, prope circulũ verticalẽ, nisi quod quinq; aut 6 paulominus gradibus australior esset, in gra. 17 N situs, ab ecliptica 3 gra. meridiẽ versus, Sole in 5 II existente. Di-
crimẽ Solis & Cometæ 72 gr. apparet, id quoq; assertioni ptolemaicę plusq; incõueniẽs. Cometa ille perquã exilis & subobscurus fuit, caudã pmittẽs breuiorẽ atctiorẽq; vt quodãmo ex figura liquebit subiuncta.



Motus Cometæ nouus & cõtra signorum ordinem.

circa Arietis principium, ferebatur, illic enim 60 gradibus integris ab ecliptica distitit, qui locus venter Draconis erat, Cancri autem initium caput, & Capricorni cauda draconis esse debuit. Sed scio Cometam hunc non parum inter Astrologos philosophosq; pariturum distidit, eò quod motus contra signorum ordinem sit, ex Geminis enim in & recessit, veluti ex sequenti patet figura. Necquo pacto nos extricaturi simus hoc loco satis noui, qui vno ote affirmauerimus hæcenus Lunæ spheram, secum ignis orbem vnq; supremam aëris sedem, & id secundum signorum ordinem, quod est ab occasu in ortum, voluere. Cum Cometam præsentem minime ita motum appareat, quem tamen magis quam aliorum quemq; sic moueri opportuisset, remotiorem scz à terra quam alius, longissime enim à Sole abfuit. Nam si prope terram fuisset remotiorq; à Sole, fieri nonq; potuisset quin vmbra terræ incideret, & proinde occultus mansisset. Quin & illud in questionem veniet, recte nec ne Ptolemæus centesimo centiloquii sui aphorismo Cometas vndecim signis à Sole distare definiat. Præfens enim Cometes prima obseruationis methodo deprehensus à Solelongari est gradibus 66, secunda gradibus 73, tertia gra. 81, quarta 88. Quæ quidẽ distantia rectissima fuit, esto quis exigat numerari oportere eam à vero Cometæ loco in ecliptica, neq; sic tamen Ptolemæum saluauerit. Verus nanq; locus Cometæ à Sole in ecliptica inuentus primo gr. fuit 61 mi. 26, secũdo gr. 68 in 30, tertio gra. 78 mi. 23, quarto gra. 86 mi. 48. Sol autẽ primo reperi' est in gr. 5 mi. 6 N, secundo in 8 gr. N, tertio in 9 gr. 53 mi. N, quarto in 11 gra. 48 mi. N. Ex istiusmodi motu certe nõ difficile fuerit iudicare, igneam & supremam aëris spheram non vtiq; ab impetu Lunaris spheræ rapi, alioquin enim Cometam ab occasu in ortum ferri par erat. Ex eo autem quod motus eius ferè regularis fuerit, mirari desino quosdam extitisse qui putauerint, Cometam esse stellam huiusmodi, quæ nunc ad Solem accederet, nunc ab eodem discederet, iuxtaq; Solem existens non videretur, Mercurius veluti, Quãq; hæc opinio nulla sit, & Cometis omnibus cõtraria, maximeq; hñs quinq; quanto enim magis hii à Sole disiti fuerunt, tanto minus visi sunt, adeoq; elongatiores multo minus, imò semoti, aliquando 30, aliquando 60, aliquando 80 gradibus à Sole vel aliquid amplius nonnunq; sicut In figuris vbiq; patet, prorsus euauerunt.

Igneam & supremam aëris spheram non rapi à Luna.

